

tragt, die per formam scrutinii erfolgte Wahl der Mathildis de Malbirg, decanissa ecclesie in Berenrade, zur Äbtissin der Sekularkirche s. Ciriaci Gernerodensis et eiusdem s. Metroni dioc. Halberstaden. an Stelle der verstorbenen Agnes zu prüfen, und dieselbe nach Empfang des Eides und Benediktion durch einen Bischof mit der Kirche zu providieren¹. Dat. Rome ap. s. Petrum a. MCCCCXLVIII^o, III^o non. decembr. a. II^o. Ex suscepte servitutis.

109. 1464 März 1
(f. 52^v)

Die epp. Ortan. Firman. ac Soran. werden beauftragt, an Stelle des verstorbenen Nicolaus de Septaliis den Antonius de Vinentiis de Palliano presbiter perpetuus beneficiatus in eccl. s. Andree de Palliano dioc. Penestrin. auf Bitten der Anna principessa Tarantina zu prüfen und, falls geeignet, mit dem mon. s. Anne infra territorium Colharum ord. s. Ben. dioc. Brundisin. zu providieren. Dat. Rome ap. s. Petrum a. MCCCCLXIII kal. marcii Romani pontificis.

3.

Briefe aus der Reformationszeit.

Mitgeteilt von

Otto Clemen.

(Schluss.)

21. Bugenhagen an Jonas, Wittenberg, 26. Dezember 1542 (27).

Gratiam Dei et pacem per Christum! Ah, charissime compater, antequam venerunt literae tuae, fama defunctae charissimae

1) Vgl. „Zeitschr. d. Harzvereins“ 10, S. 24.

uxoris tuae¹ pervenit ad nos per unum et alterum, qui viderant eam sepeliri. Miseret me tui valde. Dominus te confortet et consoletur sui spiritus consolatione! agnosce bonam Dei voluntatem et fer ista patienter! Optima mulier nos omnes sincere amabat in Christo et me consulere solebat pro sua conscientia. Ex hac miseria migravit ad Christum, praecessit nos, sequemur eam, nolite contristari dedormientibus sicut et caeteri, qui spem non habent etc.² Nos hic, ut condolemus tibi, ita et oramus pro te et filiis tuis. Vos isthic orate vicissim pro nobis. Cupis scire historiam rursus meae peregrinationis. Apud Hildesheimenses diabolus per suos nitebatur omnia impedire, sed vicit Michael noster. civitas suscepit evangelium gloria magni Dei. ordinatio pro ecclesiis et scholis et aerario satis timide illic suscepta est³. Confusis Antichristianis illic regnat Christus. In terra Brunsvicensi mirum quomodo adfuerit nobis Christus praeter omnem spem, ubi hactenus nihil aliud quam blasphemia fuerat. dedit nobis Deus, ut in omnibus civitatibus et oppidis constitueremus bonos et doctos praedicatorum et Ludimagistros cum bonis salariis. Ex pagis vix unus et alter fuit sacrificulorum, qui non comparuerunt coram nobis a nobis vocati. Alii omnes, quorum multi satis indocti erant, ut qui hactenus blasphemaverant ecclesiam Christi, susceperunt sanam doctrinam, non solum examinati, sed etiam docti a nobis, de quo summas egerunt nobis gratias. et omnes derelictis suis scortationibus coniuges facti sunt. Omnia monasteria negaverunt ibi suum ordinem, vestitum, observationes, procuratam iusticiam et Christum (in quem et in cuius mortem baptizati sunt) receperunt. praedicatur eis evangelium. Exeuntibus datur de bonis ecclesiasticis etc. Sit Christo gratia in aeternum! Cum laetus et gratias agens redirem, laesus utrumque crus in agro civitatis Brunsvicensis, ita ut altero pede claudicarem integrum mensem, et metus erat morbum fore perpetuum, ne quid gloriarer. sed rursus per Deum salio ut cervus etc. Christus sit tecum et cum filiis tuis in aeternum! Saluta charissimum mihi Doctorem Julianum [zu lesen: Chilianum?]⁴ et uxorem eius⁵ et filios! Ex Wittenberga 1543 in die Stephani. Uxor mea et filii condolent tibi ac salutant te reverenter.

Johannes Bugenhagenius Pomeranus
Doctor compater tuus.

1) † 22. Dezbr. Vgl. die Trostbriefe Luthers, Erasmus Albers und Melanchthons bei Kawerau II, Nr. 668—670, und den folgenden Kondolenzbrief Georg Majors.

2) 1 Thess. 4, 13.

3) Am 26. Sept.: Vogt, S. 602; Hering, S. 132.

4) Goldstein. N. Müller, S. 19 ff.

5) Eine geborene Blankenfeld aus Berlin.

22. Georg Major an Jonas, Wittenberg, 27. Dezember
1542 (182).

Gratiam et pacem a Deo patre et Domino nostro Jesu Christo! Nemo nostrum est, qui hic tibi ex animo coniuncti sumus, clarissime et doctissime D. D. Jona, qui non maximum maerorem ex hoc tuo acerbissimo casu trahat. Me vero ideo hic casus gravior commovet, quod in tali periculo et hoc anno primum fuerim, cum octavo die post partum omnes de vita uxoris meae desperarent, et saepe antea fuerim et idem mihi semper expectandum et metuendum sit. Tot enim partibus mea uxorcula viribus exhausta non videtur suffectura gignendis amplius liberis, et quoties infantes et parvulos liberos reptantes humi conspicio et simul fractum et effoetum corpus uxoris considero, graviter commoveor ac angor. Video itaque hanc vitam plenam miseriarum et calamitatum et haec mala ideo imponi nobis a Deo patre nostro, ut sui et coelestis patriae desiderium in nobis accendat et ut huius vitae nos poeniteat. Ingens vulnus accepit Abraham confectus iam senio, cum natus annos 157 Saram uxorem matronam sanctissimam, cum qua ultra 70 annos coniunctissime vixerat, amisit¹. Sed tamen moerori et luctui modum statuit et coepit solatium inde, quod certus fuit eam ex hac misera in coelestem vitam migrasse et se iterum longe suavius quam hic cum ipsa convicturum. huius atque aliorum sanctorum exempla, doctissime Praeceptor ac Patrone, fac tibi proponas et cogites nihil nobis sine voluntate patris nostri coelestis accidere, non casu nos nec nasci nec interire. Haec quamquam Sus Minervam² tamen putavi officii mei esse meum tibi dolorem quoque communicare. Deus te cum liberis et tuis omnibus confirmet et conservet. Wittebergae in die Johannis Evangelistae 1543. Georgius Maior.

23. Joh. Spangenberg³ an Jonas, Nordhausen,
24. Februar 1543 (324)⁴.

In Christo pacem et salutem! Tuae literae, humanissime doctor, magno me adfecerunt gaudio, quum intellexerim tuam ingentem

1) Da Sara nach Gen. 17, 17 zehn Jahre jünger als Abraham war, war dieser, als Sara 127 Jahre alt (Gen. 23, 1) starb, 137 Jahre. Da er 75 Jahre alt war, als er Sara nahm (Gen. 12, 4), hatte er 62 Jahre mit ihr gelebt. Majors Berechnung stimmt also nicht genau. Vielleicht ist aber statt 157: 137 zu lesen.

2) Vgl. Enders VII, 294⁵, VIII, 141¹¹ und K. Müllner, Laurentii Lippii Collensis opuscula tria. Programm des k. k. Staats-Ober-gymnasiums zu Wiener-Neustadt 1901, S. 17.

3) RE.⁸ XVIII, 564—567.

4) Am 7. Februar hatte Spangenberg Jonas einen ziemlich heftigen Brief geschrieben, in dem er Jonas der avaritia beschuldigte (Kawerau II, Nr. 675). Jonas hat sich in einem verloren gegangenen Briefe ge-

erga amicos et solitam pietatem et benevolentiam. Erant qui hic palam effutire ausi sunt veterem inter nos amicitiam unis literis prorsus extinctam, quod mihi persuadere nunquam potui. Sed de his coram latius. Admitte, quaeso, carissime doctor, consolationem in moerore et luctu! Condolent profecto tuis gravissimis angustiis, quotquot hic amicorum vivunt. Sed ferendum est, quod mutari non potest. Ego te ut confratrem iubeo in nomine domini Jesu Christi, quem indigni praedicamus, magno esse animo, heroico et constanti. Scis procul dubio Deum solere, quos diligit, corripere¹. Nostrum erit Deum Optimum Maximum deprecari, ut tibi in his procellis et afflictionibus adsistat, robur et vires suppeditet, ne Christi vestigia sequens lassus sub cruce corruas, cuius nutu geruntur omnia, et quae in coelis et quae in terris sunt, propter cuius amorem omnia tandem relinquere cogimur, nisi velimus perpetuo illius contubernio fraudari. Quis non credat, amantissime doctor, te in hoc casu charissimae coniugis graviter afflictum et turbatum, qui illam summo semper amore et ex infimo pectoris scrinio complexus es? Sed nobis divinae voluntati obtemperandum est. Hoc in casu nobis feriandum est. Hoc enim est verum illud et unicum sabbatum, ut ad vocem domini sileamus et audiamus, quid in nobis locuturus et operaturus sit dominus Deus, certi, quod nedum passerculus in terram nec folium de arbore nec capillus de capite sine bona eius voluntate decidet². Hic semper nobis in ore sit, quod Christus docuit³: fiat voluntas tua, quemadmodum in caelo, sic et in terra, et illud Job 1⁴: Dominus dedit, dominus abstulit; sicut domino placuit, ita factum est; sit nomen domini benedictum. Haec breviter et ex tempore, suavissime doctor, boni consule et in Christo cum tota domo et ecclesia feliciter vale! Northusiae 1543 feriis domini Matthae [so korrigiert aus Matthiae, was aber das Richtige ist] apostoli.

Tuae suavitatis
unicus

Joannes Spangenberg.

24. Luther an Hieronymus Baumgärtner, [Wittenberg,] 23. April 1543 (368)⁵.

G. & P. Rogavit me hic Hieronymus⁶, harum exhibitor, civis urbis vestrae, etiam aliis intercedentibus, ut sese commen-

rechtfertigt, und nun schreibt Spangenberg wieder begütigend und spricht zugleich verspätet wie Spalatin (Nr. 676) und Joh. Freder (Nr. 679) sein Beileid beim Tode von Jonas' Katharina aus.

1) Hebr. 12, 6.

2) Matth. 10, 29f.

3) 6, 10.

4) V. 21.

5) ADB. 2, 168f.

6) Am 25. April schrieb Hieronymus Besold an Jonas (Kawerau II, 102): „Puto iam ad vos venisse optimum virum m. Hieronymum

darem senatui vestro illustri. Petit enim, si impetrare possit, pro studio suo denuo persequendo stipendium aliquod maius pro maioris facultatis studiis, quale iam credit aliquod vacare. Ego, qui senatui vestro ignotus et ille mihi nec tamen huius petitioni deesse vellem, statim [lies: statui] te adoriri, optime Hieronymy, et oro, ut meo quoque nomine tibi socium roges et datas [zu lesen deligas od. ä.] Dominum Hieronymum Ebner¹ et vos duo Hieronymi potentes iuvetis unum hunc Hieronymum impotentiorum, quantum pro re et tempore potestis. satis [lies: scitis] opus hoc esse bonum et gratum Deo. Paucis scribo et aegre, ut qui vix iterum a morte respirarim his diebus, nec adhuc scio an sit firma futura valetudo. Tamen literae scribendae mihi sunt etiam morienti forte et cadaveri tandem². Vale in Domino, qui conservet vos una cum ecclesia et politia tota plenis benedictionibus ditissimae gratiae suae. Amen. Feria secunda post Cantate 1543.

T. Martin Luther.

25. Bugenhagen an Jonas, Wittenberg, 12. Mai
1543 (27).

Gratiam Dei et pacem per Christum! De tertio gradu, charissime compater, nihil opus erat, ut nos consuleres, nosti enim omnia nostra. Nuper respondi tibi diligentissime de rebus tuis, misi etiam sententiam Doctoris Pontani³ ipsius manu scriptam, quam et ex ore eius audivi, ut nihil opus sit ex ipso plura seiscitari, id quod etiam consulit pater Lutherus. Quem misisti nobis, statim a feriis pentecostes ordinatum remittemus⁴. Saluta sponsam tuam charissimam meo nomine! Christus sit tecum in aeternum. Ex Wittenberga 1543 Sabbatho Pentecostes.

Johannes Bugenhagenius Pomeranus tuus.

Rauscher, concivem nostrum. Is litteras a d. Luthero ad d. Baumgartnerum adfert. Petet autem stipendium vel subsidium tantum in unum annum. "Eben diesen Lutherbrief haben wir hier vor uns. Über Rauscher vgl. Beiträge zur bayer. Kirchengeschichte V, 280².

1) Enders I, 112³ u. ö. ADB. 5, 592 f.

2) Vgl. Luther an Friedr. Mykonius, 5. April: „Ego toties hoc anno mortuus adhuc tamen spiro, inutile terrae pondus“ und an Wenzeslaus Link, 20. Juni: „Ego ... cogito cadaver esse me, obrutum tamen scribendis literis et libris“ (De Wette V, 555. 571). Im allgemeinen vgl. Köstlin-Kawerau II, 594.

3) Kanzler Gregorius Brück.

4) Gemeint ist wohl der am 16. Mai von Bugenhagen ordinierte „Petrus Eymermacher von Luckewald, Beruffen gein Nawendorff Bey Halle ... zum Pfarambt“ (Buchwald, O. B. I, Nr. 503).

26. Bugenhagen an Jonas, Wittenberg, 17. Juni
1543 (29).

Gratiam Dei et pacem per Christum! Amen. Mitto tibi, charissime compater, non ut commendem tibi, sed ut honestas et sanctas tuas nuptias honorem, thus¹. habebis in nuptiis myrrham postea, nisi non vere dictum est: tribulationem carnis habebunt huiusmodi². haec non contempsit Christus in praesepi, non contemnet charissimus Doctor Jonas in hisce nuptiarum pompis. Ego quotidie nominatim pro te oro clementissimum patrem Domini nostri Jesu Christi, ut prosperum tibi sit hoc coniugium et salutare. Quare ego non venerim ad tuas nuptias, non opus est, ut tibi scribam, nam ut alia taceam, nosti, quod perpetuo et quotidie lego et praedico. In schola saepe theologum utcumque ago, dum interim tu abes, Philippus noster abest³ et Crucigerus noster fere mensem Lipsiae paulo ante egit⁴. patris nostri Lutheri saepe dubia est valetudo⁵. praeterea laboro ex capite nec tamen desino laborare, Deus me confortat. Nolo apud te pluribus excusare me, eram venturus, sed, ut dixi, non licuit. Mag. Georgius Maior postulante patre Luthero promisit se isthuc ad tuas nuptias abiturum, sed hodie in templo pater Lutherus et ego suscepimus iustam eius excusationem. Christus sit tecum et in nuptiis et cum tua sponsa et in aeternum! Ex Wittenberga 1543 Dominica post Viti.

Johannes Bugenhagenius Pomeranus Doctor.

27. Spalatin an Jonas, [Altenburg,] 31. Juli 1543 (114).

Dei gratiam et pacem per Christum! Mirum quam aegre mihi sit, reverende Dn. Praeposite et Doctor, quod denuo maritus tam nihil prorsus ad me das literarum. Quasi vero istud secundas deceat nuptias veterum oblivisci amicorum. Itaque rogo, ut desinas adeo Pythagoreum erga me agere. Hoc enim solum nunc habebam quod scriberem per nostrum Johannem Reisingium⁶ contractis hic heri sponsalibus cum honesta et formosa puella rediturum isthuc. Quod faustum sit homini et suis! de reditu Imperatoris Caroli, de eius expeditione contra Ducem Juliensem, de adventu regis Gallorum in Germaniam inferiorem et quod Principi Juliensium sponsam adducit, tantis copiis stipatus, interim multa et ferro et igni devastans, multas etiam urbes capiens in dedi-

1) Vgl. die Glückwunschschriften Luthers und Spalatins Kawerau II, Nr. 687 und 688.

2) 1 Kor. 7, 28.

3) In Bonn.

4) Vgl. Kawerau II, 107.

5) Köstlin-Kawerau II, 594.

6) Wer ist das?

tionem, sed et de reditu Turcorum in Pannonias non dubito te rescisse. Dominus nos omnes servet! Bene vale cum coniuge charissima et liberis suavissimis, nostri non immemor et pro nobis omnibus ora! Mea enim uxor amantissima¹ proximis diebus non sine acerrimis doloribus cum suo antagonista calculo conflictata... [vielleicht zu ergänzen: mirum] quam sit debilitata. Cursim die 31. Julii 1543. Georgius Spalatinus.

28. Bugenhagen an Jonas, Wittenberg, 4. Februar 1544 (30).

Gratiam Dei et pacem per Christum! Scriberem ad te saepe, charissime compater, sed cum hactenus non habuerim, sit Christo gratia, nisi familiaria, neglexi aliquamdiu hoc officium, securus, quod Jonas noster, filius tuus², quotidie fere ad te illa scribit. Nunc vero, cum vel pudore victus per nostrum Kilianum Doctorem³ cuperem ad te scribere et nihil haberem etiam nunc praeter familiaria de nobis, ecce heri sub coenam subito afferuntur literae nostri Pontani mihi ex tua Thuringia scriptae ad patrem Lutherum, ad meum Philippum et ad me, haec continentis: Satan exerit omnes vires suas. Papa, Veneti et Gallus sunt cum Turcis confoederati contra Cesarem nostrum. Gallus dedit Barbarossae, duci exercitus Turcarum, locum et castrum ad inhabitandum et potestatem aedificandi illic Turcicum templum. Barbarossa accipit salarium pro se et exercitu in singulos menses trecenta milia coronatorum⁴. Haec autem addit Pontanus: interim mirabiliter efficaces sunt preces ecclesiae. Quae scriberem, si omnia auderem calamo committere. Haec tibi, optime Jona, scribo ex Pontano, qui scribit illustrissimum principem electorem Saxoniae haec nova accepisse ex Augusta. Non opus est, ut meas cogitationes de his tibi scribam. Oremus, ut Christus sit tecum cum uxore et liberis et tota isthic ecclesia in aeternum. Ex W. 1544 4. Februarii.

J. Bugenhagius Pomeranus tuus.

29. Bugenhagen an Jonas, Wittenberg, 31. März 1544 (39).

Gratiam Dei et pacem per Christum! Sinito, charissime Jona, papistas intempestive gaudere et ante victoriam encomium canere. Nos per Christi gratiam bene speramus de comitiis. Scriberem tibi quaedam, sed tu illa iam ante nosti. Non desinamus orare, quia Deus non cessat audire et benefacere. Videmus

1) Katharina Heidenreich oder Streubel.

2) RE.³ IX, 345 unten. Archiv f. Reformationsgesch. VI, 231.

3) Goldstein.

4) Vgl. De Wette V, 628 ff.

manifeste manum Dei pro nobis peccatoribus contra impios, qui nos oderunt. Mea uxor et Sara reverenter mecum te salutant cum filiis et honestissimam tuam coniugem, quam non visam ego senex amo, spero me eam quandoque visuram, ut amplius me miretur canum episcopum et me, quatenus tu permittis, amet¹. Obsecro tuam humanitatem, ut, si consultum putas, admoneas senatum Querfurtensem, ne vel impietate vel potius ut puto odio Paraei [lies: Pacaei]² aboleat offertoria illa, quae cedunt tantum in usus ministerii ecclesiae, ne plus sapiant quam nos, quasi talia sint contra sacram scripturam, scilicet quando dandum est praedicatoribus. Christus sit tecum et cum uxore tua et liberis in aeternum. Ex Wittenberga 1544 altera post Indica.

Johannes Bugenhagenius
Pomeranus tuus.

30. Joh. Richwin³ an Melanchthon, Speier, 16. April
1544 [437].

S. D. Qui tuas ad nos literas pertulit, vir charissime, hodie praeter omnem nostram expectationem ad te redire constituit. Quare condonabis, si cum propter temporis brevitatem, tum propter nescio quae comitum meorum negotiola parcius hoc tempore tibi respondeo. De comitiorum progressu sic habe: Imperator stipendia viginti quatuor milium peditum et quatuor milium equitum in menses sex ab imperio contra Turcam et Gallum impetrasse videtur⁴. Haeretur adhuc in rationibus pecuniae in eam rem colligendae. De religione, pace publica et iudicio camerae nihil

1) Diese Stelle ist durchgestrichen, und am Rande ist bemerkt: Consultius haec omittuntur.

2) Über ihn vgl. Enders IX, 233f. 276f., besonders aber P. Fleming, Ztschr. d. Ver. f. Kirchengesch. in der Provinz Sachsen III, 186 ff., und M. Rietz, Valentin Pacäus und Dr. J. Olearius, zwei Querfurter Pfarrherren, „Das Montagsblatt“, Wissenschaftl. Wochenbeilage der „Magdeburger Zeitung“ 1906, Nr. 30. „Am 13. Nov. 1542 hielt er die 1. evang. Predigt in der Lampertikirche zu Querfurt. Aber sein unverträgliches Wesen liefs ihn auch hier keine bleibende Stätte finden.“

3) Vgl. CR. V, 345. 360, wohl auch 102: Richvicius, Theolog. Arbeiten aus dem rhein. wissenschaftl. Predigerverein II (1874), S. 32, Varrentrapp, Hermann von Wied und sein Reformationsversuch in Köln, Leipzig 1878, Reg. s. v. Herr Pfarrer D. Bossert in Stuttgart vermittelte mir von Herrn Regierungsrat Berthold in Speier die Mitteilung, daß die Reichwein eine angesehene Speierer Bürgerfamilie waren. Ein Claus Reichwein war von 1558 bis 1561 Ratsherr und starb 1562. Ein Nicolaus Reychweyn Spirensis wurde am 7. Nov. 1533 in Heidelberg immatrikuliert, am 13. Dezember 1535 bacc. art., später der erste lutherische Pfarrer von Kirchheimbolanden in der Pfalz. Ein Johannes R. (wohl der unsrige) schwört am 21. Mai 1542 als Nuntius des Reichskammergerichts.

4) Vgl. CR. V, 374.

hactenus actum. Neque satis scio an aliquam de iis capitibus tractationem hoc tempore expectare debeamus. Imperator abitum urgere videtur. Triplici exercitu in Gallias irruiturus dicitur. Sub finem Maij militum dilectus agetur statimque post belli fortuna varia tentabitur. Gallis in agro Luzenburgico, Belgico et Pedemontio res bellicae adhuc satis succedunt, verum quis tandem futurus sit finis, equidem valde dubito. Legati pontificii et Veneti proximis diebus Parisiis a rege summa cum gratulatione accepti et amplissimis muneribus honorati fuerunt. Sunt qui de foederibus inter eos initis nescio quos rumores spargant. Sed mihi verisimile non sit pontificem hoc tempore aperte partium Gallicarum futurum esse. Clam vero et fovebit et suppetias feret. Mitto exemplar litterarum, quas nuper huc ad comitia dedit. pridie palmarum [5. April] protestantes electoribus praesentibus Lycoparanum [zu lesen: Lycopantherum]¹ gravissime apud imperatorem accusarunt ostenderuntque se iustissimo bello illum ducatu suo eiecisse. Lectio accusationis horarum fuit quatuor. Clementissimus noster princeps pulchre per Dei gratiam sibi constat. Speramus portas inferorum nihil contra eum praevalituras esse. D. Bucerus ante triduum hinc Argentinam abiit, rediturus tamen intra dies quatuor. Bene vale! Raptim Spirae die Mercurii post pascha anno 1544.

Tuus Joh. Richwinus.

31. Antonius Musa an Jonas, Merseburg, [Juli ?]
1544 (366)².

S. in Christo. Venit ad nos rumor quidam, ornatissime Doctor, esse vestra in urbe doctorandum quendam theologum et haud scio an parochus divae virginis aliquando fuerit. hunc fertur a canonicis nostris conductum esse, ut in nostra ecclesia Deum blasphemet, concionetur dicere volebam, et haud dubie is est, ad quem canonicorum nostrorum literas vos pellegisse nuper dicebatis. de hoc inquam blaterone constans hic sparsa fama est concionatores Merseburgensem accessere [!] ac brevi huc concessurum esse. Quae si vera res est, maxima confusio in nostram ecclesiam invehetur, nam ego haudquaquam eius blasphemias non confutatas praeterire sinerem. Quaeso igitur, ornatissime domine doctor, ac propter gloriam Christi obsecro atque obtestor, ut eam rem

1) Heinz von Wolfenbüttel. Vgl. S. 313, Anm. 3.

2) Da Musa diesen Brief aus Merseburg als Lic. schrieb, kann er nicht vor dem 28. Mai (Datum seiner Lic.-Promotion in Leipzig) und vor dem 29. Juni (an diesem Tage hielt er seine erste evangelische Predigt im Dom zu Merseburg, vgl. Flemming a. a. O., S. 151) geschrieben sein. Das Datum: Merseburgi 6 post Epiphaniae [11. Jan.] 1544 ist also unmöglich. Vielleicht ist der Brief im Juli geschrieben — damals war ja Jonas in Wittenberg.

inquirere uspiam velitis (puto enim vos id facile posse) et vel hoc praesenti vel ut primum queatis exploratam rescribere meo mihi sumptu velitis, nam id scire nostra permagni refert. nos vicissim, quidquid ad ecclesiae vestrae vestramque salutem et gloriam pertinere cognovimus, sedulo praestabimus. Valete in Christo! Illustris princeps ab Anhalt multam, magnam, amplam et latam ac profundam atque sublimem vobis adscribere salutem iussit, sed, mi domine, non his verbis, sed quibuslibet pium principem decet. Ego autem, [qui oder quia oder quod] vos iucunda verborum collusione delectari scio, tot verba de meo addidi. attamen revera scio a celsitudine eius copiosorem vobis salutem optari quam his ego vobis quamlibet magnam significantibus referre potui. Valete iterum in Christo felicissime et una nobiscum ecclesiis vigilate! Merseburgi 6 post Epiphaniae 1544.

Antonius Musa Lic.

32. Bugenhagen an Jonas, Wittenberg, 9. Januar
1546 (40).

Gratiam Dei et pacem per Christum! Ego, charissime domine Doctor et charissime compater, quotidie oro in precibus meis pro ecclesia ista, pro te, pro Juliano [lies: Chiliano]¹ et domibus vestris. Et oro etiam, postquam hoc mihi per literas mandasti, ut commodum recipiatis episcopum. Pater Lutherus sentit commodissimum fore, quem habetis, idque pro ratione huius temporis, id quod ex ipso tu ipse, ut non dubito, audisti². Nunc mitto ad te charissimum amicum meum et fratrem, magistrum Paulum, ab Roden, ecclesiae et diocesis Stetinensis Superintendentem tibi iam pridem cognitum³. Obsecro tuam humanitatem, ut eum iuves tuo consilio in re, quam tibi ipse dicit. Si quid vicissim me facere volueris, factum putato. Dominus sit tecum et cum ecclesia ista et uxore tua et liberis perpetuo et in aeternum. Ex Wittenberga 1546 9. Januarii.

Johannes Bugenhagenius Pomeranus tuus.

1) Goldstein.

2) Dem neuen Erzbischof Joh. Albrecht (seit 19. Oktober 1545; Hertzberg II, 191) hatten am 15. Dezember Halberstadt, Magdeburg und Halle noch nicht gehuldigt (Kawerau II, 173).

3) Vgl. Kawerau II, 174 unten. Dieser Jonasbrief scheint mit 7. Januar nicht richtig datiert zu sein. Steht „4^{ta} post epiphaniam“ wirklich im Original, so liefse sich das ja wohl in: 6. Januar auflösen. Dann wäre P. v. R. am 5. Januar in Halle bei Jonas gewesen. Das stimmt aber weder zu unserem Briefe, noch zu dem des Erasmus Alberus an Jonas vom 10. Januar (Kawerau II, 175 f.), den jener in Bugenhagens Wohnung geschrieben und P. v. R. mitgegeben hat. P. v. R. ist mit unserem Bugenhagenbriefe vom 9., und dem vielleicht am 10. früh geschriebenen Briefe des E. A. frühestens am 10. abends

33. Christian Brück¹ an Justus Jonas, [Halle, nach Mitte Jan. 1547]² (326).

Reverendissime Domine Doctor! Forenses forensi strepitu delectantur (trahit enim sua quemque voluptas)³, aulici vero, qui et boni et pii sunt, varietate atque mole publicorum negotiorum ut plurimum molestantur (homines enim ad laborandum nati sunt), sed tamen interim modis omnibus finis hominis considerandus est. Rogamus igitur Generosus Dominus Ernestus Comes a Gleichen et strenuus praefectus Erasmus a Konritz⁴ atque ego clementer et humaniter, ut tua dominatio fidelem aliquem Hallensis Ecclesiae ministrum ut Praeses et supremum ecclesiae pastor et instruere et ordinare velit, qui crastino die festo apud nos in arce concionem habeat. cupimus enim sanctificare sabbatum et postpositis aulicis negotiis Deo optimo maximo pium et verum cultum invocatione et gratiarum actione praestare etc.

V. D.

Christianus Bruck Doctor.

34. Christian Brück an Jonas, Dünkirchen, [?] (334)⁵.

S. D. P. Reverendissime Praeposite ac compater suavissime! Nihil mihi suavius ac melle dulcius esse potuit quam literas humanitatis vestrae legere atque relegere. Sunt enim plenae amoris et charitatis antiquae, qua me semper prosecuti estis. Si possem in tam sancta re aliquid efficere, ut Academia nostra stipendiis perpetuis fulciretur, nihil omittere vellem, imo magis conari, et omnia secundam sortirentur fortunam. Valete cum uxore, filiis, D. Martino, Philippo et caeteris omnibus religioni nostrae benevolentibus. Valete rursus ex Diunkurcia.

Christianus Bruck D.

in Halle bei Jonas eingetroffen. Das Datum des Jonasbriefes „4^{ta} post επιφαν“ möchte ich demnach auflösen: 13. Januar. — Über Paulus vom Rode im allgemeinen vgl. ADB. 29, 7—10. Enders XI, 217².

1) Sohn des Gregorius Brück (RE.³, III, 443).

2) Die Situation ist folgende: Brück, Graf Ernst von Gleichen und Erasmus von Könneritz wollen „crastino die festo ... in arce“ einen Prediger hören. Die letzteren beiden ernannte nach Hertzberg II, 219, Kurfürst Johann Friedrich vor seiner Abreise aus Halle Mitte Januar zu Befehlshabern der Stadt und der Moritzburg. Dreyhaupt nennt statt des Grafen von Gleichen den Kanzler Dr. Christian Brück. Unser Brief zeigt, daß alle drei damals in Halle ihres Amtes walteten.

3) Verg. ecl. 2, 65.

4) Vgl. über ihn Archiv f. d. Sächs. Gesch. VIII, 82ff., Förstemann-Günther, S. 329, Mentz, Reg. s. v.

5) Diesen Brief kann ich nicht einrangieren.

35. Antonius Musa an Jonas, Merseburg, 25. Febr. 1547 (368^b).

S. in Christo. Ut summa adficiebar maestitia de vestra immerita adflictione, ornatissime Dns Doctor et coaetaneae charissime, ita nunc nihilo minori perfundor gaudio de restitutione vestra in pristinum statum et urbem¹. sunt huiusmodi satanae insultus, quandocunque inferuntur, piis devorandi. vincit tamen mundum, qui in nobis est, spiritus Christi², et vult virtutem suam in infirmitate nostra³ non declarare tantum, sed perficere nunc Christus. Adferuntur hodie quoque ad nos horribiles minae . . . brachio carnis⁴ et regno Satanae. Nos autem, qui speramus in Christum, scio primos Dei iudicio obiciendos, sed quis erit finis illorum, qui Evangelio non credunt, hoc verbum ut Christi hostes non credunt, sed rident? ita debent cum Pharaone, Saule, Juliano ac reliquis quam plurimis in deſs Teuffels Nahmen experiri. Caeterum ut mutuum nos invicem consolatione prosequimar, rogo per Christum, erecto sitis animo, memores, quod dixit Esaias⁵: Impii non dimidiabunt dies suos⁶, et illius⁶: Nolite timere, pusillus grex, quum iam placitum est patri vestro dare vobis regnum. impii autem hostes Christi iam indicati sunt, viventes sunt in satanae potestate, ignorantes quid faciant, nam si agnovissent Dominum gloriae, haudquaquam crucifixissent. nunc autem absconditum est ab oculis eorum⁷ et ista ignorantia ac caecitas mors illis aeterna est. Haec, ornatissime Domine Doctor, scripsi bono animo, quaeso, ut boni consulatis, nam et ego pro mea tenuitate Christi gloriam et regnum promotum cupio. Valete in Christo ac vestris de rebus me certiozem reddite per hunc nostrum ludimagistrum⁸ bonum et doctum, ac valete in Christo. postridie Matthiae Merseburgi 1547. Antonius Musa⁹.

36. Cruciger an Jonas, Wittenberg, 16. März 1547 (37).

S. D. Cum superiores tuas literas, quibus de pecunia tibi solvenda scripsisti, nescio quis me forte absente attulisset et se reversurum ac responsum petiturum dixisset, is tamen postea non rediit, nec mihi interea oblatum est, per quem responderem. Itaque de mora interposita dabis veniam. Sed hoc te velim credere me

1) Am 9. Januar waren Jonas und Goldstein in Halle wieder eingetroffen (Hertzberg II, 220; Kawerau II, 223).

2) 1 Joh. 5, 5.

3) 2 Kor. 12, 9f.

4) Jer. 17, 5.

5) Vielmehr Ps. 54, 24.

6) Luk. 12, 32.

7) Luk. 19, 42.

8) Vgl. Fraustadt, Die Einführung der Reformation im Hochstifte Merseburg, Leipzig 1843, S. 172.

9) † wahrscheinlich zwischen 5. und 28. Mai 1547 (Flemming a. a. O., S. 154).

valde cupere, ut tibi pecunia stipendii ¹ debita sine mora solvi possit, et sperabamus futurum, ut ex aula, sicut petivimus, ea summa, quae sub tempus nundinarum autumnalium pendere debebat, integra mitteretur, sed vix extorsimus, ut eius pars ac necdum dimidia numerata sit, idque ea conditione adscripta, ut de ea stipendia in hunc quadrantem tenuioribus solverentur. Caeteri interim patienter ferrent moram, praesertim cum iam nec aliis, qui a principe peculiariter stipendia accipiunt, solvi possit. quare de missis ducentis florenis hic solvi oportuit egenioribus templi ministris et lectoribus, qui hac una pecunia victum domesticum sustentare coguntur. Allati sunt etiam 400 aurei a comite Mansfeldensi per notarium academiae ad Doctorem Augustinum ², de quibus nihil huc pervenit, sed summa distributa est iis, qui Magdeburgi et Cervestae sunt, et in unum quadrantem. ut in solidum solvatur omnibus, amplius 800 florenis opus est. quare vides nondum omnibus persolvi potuisse, et nunc amplius confici subito non potest, et interim accedit tempus novae solutionis, de qua certo nobis nihil polliceri possumus, sed tamen speramus futurum, ut ex aula sub proximum quadrantem mittatur pecunia, et id etiam, quod ex praeterito restat solvendum. Itaque te orat collegium academiae et ego, ut hanc moram, quae non nostra culpa incidit, patienter et aequo animo feras, nam cum primum tantum confici poterit, habebitur et nostri ratio. Nunc etiam, qui ex nobilitate debent annuos redditus, nos frustrantur ac ne compellari se quidem de solvendo facile patiuntur. Spero etiam Deum miseritum nostri facturum, ut brevi redeat una cum aliquo grege scholasticorum Philippus in haec alvearia et eum plures alii sequantur ³. Quod quidem toto pectore vos nobiscum precari non dubitamus, ut et conserventur in his regionibus et propagari latius possint studia doctrinae caelestis et ut aliqui coetus maneant, qui Dei beneficia et laudes grati celebrent. Bene et feliciter vale! Wittebergae die 16. Martii 1547. Caspar Cruciger.

37. Antonius Otho ⁴ an Jonas, Nordhausen, 1. August
[1547] (270).

Gratiam et pacem per Christum! Reverende pater. Honestissimi-

1) Am 12. November 1544 bewilligte der Kurfürst Jonas 100 Gulden jährlich auf Lebenszeit (Kawerau II, Nr. 732. Über Jonas' „avaritia“ vgl. S. LVf.).

2) Schurf.

3) Vgl. das Schreiben Kurfürst Johann Friedrichs ad Theologos Witteb. vom 1. März CR. VI, Nr. 3754.

4) Über ihn vgl. Zentralblatt f. Bibliothekswesen XXIII, S. 123, Anm. 5, und die dort zusammengestellte Literatur, ferner Buchwald, O. B. I, Nr. 27, Vogt, S. 235 ff., Neudecker, Die handschriftl. Gesch. Ratzebergers 1850, S. 229 ff., ZKG. XII, 204 usw.

mus vir D. Andreas Wenden¹ petiit a me, ut Tuae praestantiae statum nostrae urbis indicarem, quod sane de multis causis libenter facio. Gratulor tibi, Reverende pater, quod iam cum tua familia una sis et vivas². Si usque huc apud nos mansissent, novo periculo fuissent commissi uxor suavissima et liberi. Nam 30. Julij Brunsvicensis *λύκος*³ [es folgen noch einige sinnlose griechische Wörter] hac proxime nostram urbem ingentem traduxit exercitum non sine magna nostrorum civium consternatione. Quo enim animi morbo et *λυκίῳ ἀρπαγμῶ τε καὶ λαφυγμῶ* urbem Northusanam, innocentem agnum, devorare quaesierit ille *λυκοπάνθηρος*, tuam praestantiam ut quem omnium minime latere scio. Verum universus senatus una cum plurima plebis multitudine excubias agens et adhortans, ne suae salutis deessent cives, adiutorio Dei nostri nobis pacem et tranquillitatem restituerunt integram animisque timorem exemerunt. Nec enim vero mendax fuit ille repentinus horror et metus, qui nostram invaserat urbem propter appropinquantes hostilis exercitus copias. Nam illo die, qui proxime eum sequebatur, quo primus rumor spargi coeperat, luculenter de editoribus urbis speculis haud aspernanda pars ... [ein griechisches Wort] equitatus a multis inspecti sunt in monasterio Walchrodensi⁴, ut ferebatur, pernoctaturi. Portis igitur ac repagulis patriae undique custode milite obfirmatis unus tantum commeantibus aditus in urbem per aliquot dies liber est concessus, quare et Tuam praestantiam et simul familiam ex hoc periculo ante fuisse ereptas unice gaudeo. Tabellio noster publicus rediit a Praeceptore Domino Philippo. is non satis praedicare potest, quanta fuerint excepti humanitate Praeceptores nostri ab illis etc. Uxor Domini Philippi et Doctoris Maioris adhuc apud nos sunt cum integris familiis. Constans apud nos rumor est scholam Wittenbergensem restaurari, quod Christus faxit, Amen. *πληρονομοφάγος σου καὶ στρουφνότητος ἀνταγωνιστῆς μου*⁵ sine lux et sine crux et sine sacerdos e vita discessit. Domine Jesu Christe, conserva nos in timore et fide Dei! Wie bald ist ein Mensch dahin! Justus autem in quacunque hora praeoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Vale, charissime

1) Bürgermeister zu Nordhausen. Bei ihm hatte Jonas gewohnt, als er im Mai zum zweiten Male aus Halle geflohen war (Kawerau II, 228, 254, 272, Hertzberg II, 231).

2) Am 14. Juli war Jonas' Frau zu ihm nach Hildesheim gekommen (Kawerau II, 229f.).

3) „Den Welfenherzog, den Herrscher von Wolfenbüttel, als Wolf einzuführen, lag zu nahe, als daß die Satiriker sich diese Gelegenheit, ihren Witz zu üben, hätten entgehen lassen können“ (Koldewey, Heinz von Wolfenbüttel, Halle 1883, S. 40).

4) Walkenried am Harz.

5) Wer ist das?

pater in Christo, ut vales et ut amplius vales. Amen. Saluta uxorem charissimam et liberos! Northusiae 1. Augusti.

Anthוניus Otto.

38. Veit Dietrich an Jonas [Nürnberg], 24. Juli 1548¹ (208).

Salutem in Domino! Longo tempore nihil mihi accidit gratius, clarissime Jona, tuis literis, non ideo solum, quod ostendebant commodiore loco res tuas esse quam fuere superioribus temporibus, sed quod continebant suavissimam commemorationem istius consuetudinis incundissimae, quae nobis interfuit cum viro DEI Luthero. Vere enim fuerunt isti dies sponsi², qui postquam a nobis discessit, non possumus non lugere et dolere, sed fortasse utile est nobis experiri utramque fortunam. Ideo enim pacis tempore otium ad discenda sacra ex sanctissimo viro concessum fuit, ut haberemus his miseris temporibus certam et firmam consolationem. ut autem eo redeam, unde initium scribendi feci, tuae literae me valde recrearunt, tristissimis occupatum cogitationibus propter horribilem patriae ruinam mirabiliter erexerunt. Quoties enim ex Luthero audivimus DEUM ingratum mundum caecitate percussurum et demersurum in idolomaniam pontificiam? Hortaris me, ut Genesin absolvam³. sed [zu lesen: et?] si voluntati responderet facultas, nihil facerem libentius. sed manus paralisi viciatae et assidui articularum dolores, deinde vetus tuus calculus quam mihi spem faciunt reliquam? et tamen, si quid dominus largitus fuerit, libenter ecclesiae serviam. Magistrum Nicolaum Gallum, qui has ad te affert, familiariter complecteris, nam propter interim recusatum exulat a sua ecclesia⁴. Nos hic cum ingente [!] dolore expectamus infoelicem mutationem, quam maledictum interim conciliabit. Fortasse, quod deprecor, tibi quoque aliquid incommodi inde nascetur. Bene vale in Domino cum uxore et liberis! Datae pridie Jacobi 1548. Vitus tuus.

39. Erasmus Alberus ad Justum Jonam et caeteros verbi ministros in ecclesia Hallensi, [Magdeburg, November? 1548]⁵ (316).

S. D. P. Clarissimi viri! Jamdudum ad vos scribere deceiveram. id nunc facio. Credo autem rem vobis haud ingratam

1) Antwort auf Jonas' Brief vom 26. Juni: Kawerau II, Nr. 884.

2) Matth. 9, 15.

3) Zum Folgenden vgl. Dietrichs Brief an Bugenhagen vom 12. Juli: Vogt, Nr. 213 (Abschrift Rörers: Kod. Bos. q 24^m der Jenaer Universitätsbibliothek).

4) RE.³ VI, 361 f.

5) Aus unserem Briefe ergibt sich, dafs der Magdeburger Rat Brenz

facere me scribendo de rebus meis et urbis Magdeburgensis. Videns video Deum mearum miseritum miseriarum hunc mihi destinasse locum, ubi multis beneficiis afficior. et quamquam nondum certa condicio oblata sit, tamen a senatu mihi imposita est provincia docendi evangelii festis diebus in auditorio turpissimo quondam idolo sacro, nunc autem regi gloriae, iusto possessori, consecrato. Concessa est etiam mihi publice praelegendi sacram scripturam facultas suntque mihi plerumque [lies: plerique?] auditores ibo [lies: ibi]. Nisi Brentius huc vocatus fuisset, superintendentis munus mihi commendaretur. Sed ego doctissimum virum, veterem amicum meum syncerum et intimum, malim huic videlicet primariae Saxonum urbi praesse ornamento futurum toti Saxoniae. Qui si huc veniet, ut speramus, mihi tamen erit locus. Provisum est a senatu mihi hospitio, tritico, copia lignorum ex sylva, quam ante iniusti possessores, videlicet canonici epicurei, tenebant. vectorum et plura quotidie praestantur beneficia mihi tum a senatu tum a civibus. Quod [korr. aus Quorum] magna est fortitudo, quod non fatigantur improba τὸ ἔχθρὸν proscriptione¹, qua fit, ut facultatibus eorum decedat, nihil accedat. Sunt pacati [lies: parati] omnes ad unum usque honeste mori potius quam veterem suam libertatem ab utroque Ottone tum Christianam tum civilem acceptam turpiter amittere. Scitis vetus esse nomen Germanicum Otto seu Hatto et significare patrem, pro utroque igitur Ottone intelligetis patrem coelestem et Ottonem imperatorem terrestrem, virum heroicum et Saxoniae decus. Huius autem urbis exemplum utinam caeterae quoque civitates Saxoniae nimirum filiae matris vestigia sequerentur. Mater filiabus recte praeit. cogitent futurum ipsae, ut capta matre filiabus minime gentium parcat. Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet². puto autem interesse concionatorum, ut populum hortentur ad constantiam et patriae defensionem. cogitent etiam Saxones se primos ad Evangelium et quidem per prophetam domesticum i. e. Saxonem, D. Martinum Lutherum virum Dei, quo in 1400 annis praestantiorum totus non habuit orbis, vocatos esse. Gott hat die Sachsen mit einem sächsischen Propheten verehret. Deus etiam hanc urbem singulari dono exornavit deditque ei Naamann, pulcherrimum decus urbis. id enim significat

die Superintendentur angeboten hat. In Briefen an Alber vom 5. Dezember 1548 und 4. März 1549 gab dieser abschlägigen Bescheid (Schnorr von Carolsfeld, Erasmus Alberus, Dresden 1893, S. 92f., W. Kawerau, Erasmus Alberus in „Magdeburger Geschichtsblätter für Stadt und Land Magdeburg“ XXVIII [1893], S. 36f.). Als Alber unseren Brief schrieb, war noch keine Antwort von Brenz eingegangen.

1) Schon am 27. Juli 1547 war Magdeburg geächtet worden.

2) Hor. ep. 1, 18, 84.

Naamann, scilicet D. Levinum ab Embden¹. habet ille nomen cum re. est enim Levin Saxonicum vocabulum compositae figurae, significans Leve und fein [korr. aus fei], Lieb und fein. Jam vide quam pulchre concordent nomina rebus. Tanto viro tanta civitas digna est, non [lies: nam] est tam iuris prudens quam insignis theologus. Utrumque studium felicissime coniunctum et est patriae suae pater. Cives hostem non timent, sed Deum, huius verbum audiunt, spontanei et seduli, idque non tam verbis quam factis exprimunt. Non polluuntur scortationibus aut adulteriis, non student crapulae et ebrietati, magna est non tantum civium, sed et [korr. aus quam] militum inter se concordia. Omnia sunt in urbe tranquilla ac plane, si nullus foret ab hoste timor. Civium igitur virtutibus confirmor, ut non diffidam huic reipublicae speremque Deum hanc urbem conservaturum sibi. Nec est de nihilo, quod urbis insignia sunt: virgo ornata et coronata, stans celsa in arce inter duas turres, dextra ostendens sertum, id est elegans typus ecclesiae. Ego virginem sacris scripturis expositam exhibui senatui, aliquando excusum legetis libellum². Läßt sich mit der schrift aus der massen fein auslegen. Ingens et mirabile Dei beneficium est, quod post tot sumptus, tot direptiones et vastationes Hussorum, Hispanorum et aliorum patriae proditorum annona tam cara est quam fuit in 20 annis. De annona civibus in X annos provisum est. Interea veniet dies domini liberaturi nos ab omnibus malis³. Vix reliquus hic est locus plurium frumentorum capax. Nuper hinc avecta est siligo Wittenbergam. Neminem habemus in vicinia manifestum hostem quam Joachimum marchionem, Caeteris Deus iniecit timorem, sed talem hostem, in quem rectissime competat Ausonii⁴ versiculus:

Quod stulti proprium non posse et velle nocere.

Gedächt er, wie er sein Schulde bezahlet! id faciet scilicet ad Calendas Graecas. Nuper, si permisisset senatus, aliquot cives istum Pamphagum, quaestorem ecclesiophagum et demophagum Halis redeuntem capere volebant. Aber was solten sie mit einem verdorbenen Fürsten thun, qui nihil potest perdere? Iro pauperior ipse et est ordine fratrum mendicantium, qui si Marchiam quantitatis precii venderet, tamen non esset solvendo debitores dimidio, quippe qui iam dudum fecerit proterviam. Duo aut tres, non am-

1) Über ihn vgl. z. B. Enders VII, 43f., meinen „Helt“, S. 136 und in unserem Zusammenhang besonders W. Kawerau, S. 8.

2) Albers Auslegung des Wappens der Stadt Magdeburg, ein deutsches Gedicht aus 30 Versen, erschien als Einblattdruck („Gedrückt durch Jochim Louw“). Ex. in Wolfenbüttel, danach der Abdruck bei Schnorr von Carolsfeld, S. 216f., Beil. XVI (vgl. auch S. 140ff.).

3) Vgl. Schluss des Dialogus vom Interim.

4) Septem sapientum sententiae I, Bias v. 7 (Ausg. v. Peiper, p. 406).

plus cives Brandenburgenses, qui et ipsi fecerunt proterviam, huic urbi molesti sunt, sed Magdeburgenses vicissim ceperunt nuper duos cives decem hinc miliaribus. nisi rationem haberent insontium, totam Marchiam devastare possent, sed ad vindictam tardi sunt. Joachimus Marchio dedoluit prorsum, abominationem desolationis Augustanam urget vehementer et 3 expulit Brandenburga concionatores¹. Marchia emit Evangelium 1200 000 f. Tantam auri summam reddere suis subditis deberet repositens ab eis Evangelium. Hätten sie nun mehr Geld, qua se redimerent ab interitu id est interim, ut ridicule vocant. Haec sunt praesentis certissima signa diei. Quomodo exceptus sit Marchio Wittenbergae, audiisses. Satis scilicet interimistice. Tempore veri principis electoris honorifice aereis tormentis excipi solebat, cum vero Marchionis invidia et *νομήλη* princeps elector eiectus patria et bombardae Wittenberga avectae sunt, non potuit aliis quam niveis globis et lapidum clamore nostris tacentibus excipi. Sic Deus confundit contemptum super principes. puto autem esse *παροικεῖν* et signum futurae seditionis. Stultissimis conciliationibus, quas nostri tentant cum patriae proditoribus, hostibus ecclesiae, omnes cordati viri irascuntur. Non enim habemus mandatum Domini de his rebus, nec ulla extant exempla, sed contraria sunt omnia. Christus Dominus noster noluit Pharisaeis levissimum articulum [steht über assertum] de manuum ante perceptum cibum lotionem. Verum hac de re alias². Multi mirantur, clarissime D. Jona, te adeo mutum esse nunc. Quin igitur perdis tandem? Ubi est fortitudo vetus tua? oblitusne es concionis tuae habitae ad funus sanctissimi viri dei Islebii [lies: Islebiae]³? Putanse temere effusum versiculum Lutheri⁴:

Pestis eram vivus, moriens ero mors tua, Papa!
Ego hactenus eodem sum animo, quo fui ab initio nec mutor, id quod

1) Dafs nicht nur Andreas Hügel, Pfarrer in der Neustadt Brandenburg, sondern auch noch „einige andere“ des Interims wegen die Mark verliessen, stellte schon Kawerau, Johann Agricola von Eisleben, Berlin 1881, S. 290, fest.

2) Von: Aber was sollten sie ... bis hierher durchgestrichen. A. R.: An haec obliteranda? Darunter von der Hand, die die Briefabschriften korrigiert hat: omnino.

3) Am 19. Februar 1546 predigte Jonas in der Eislebener Hauptkirche St. Andreas an Luthers Bahre (Köstlin-Kawerau II, 624).

4) Vgl. ebenda S. 655, Anm. 2 zu S. 244, Schnorr von Carolsfeld, S. 203, W. Kawerau, S. 32, Enders VII, 309 und Berbig, Der Veit-Dietrich-Kodex Solgeri 38 zu Nürnberg, Leipzig 1907, S. 7. Vielleicht ist durch diese Beschwörung die Versicherung in Jonas' Brief an Andreas Poach vom 29. Dezember 1548 provoziert worden: „*Ἀληθινὸς ἔχθρὸς papae et papatus volo esse et haberi et Deo dante hostis huius Satanici regni mori, ut accipimus a sancto electo Dei organo Lutheri.*“ (Kawerau II, 272.)

adiuvet Dominus noster Jesus Christus. Propterea etiam istam odiosissimam precatiunculam humana philosophia plenam¹ recitare nec istorum patriae proditorum publicam coram ecclesia Dei quasi rebus ab istis bene gestis facere mentionem [nun hinzukorrigiert: volui]. Bona pars concionatorum istam recitat reclamante conscientia, et auditores fugiunt ad recitationem illius. Sed peccatum est non leve coram Deo non ex animo loqui atque adeo mentiri. Solcher Sündenmacher ist Philippus worden per suam stultissimam philosophiam, quam semper in eo damnavit Lutherus noster, qui si iam rediret, O wie würden sich verkriechen, die defs Churfürsten so balde vergafsens vnd Moritzianisch worden sind! Der Churfürst mag wohl singen:

En ego non paucis quondam comitatus amicis².

Sed de hac quoque re alias copiosius. Mitto vobis historiam peregrinationis meae³, qua calumniatorum meorum ora obturavi. In Christo Jesu valete! Vester Erasmus Alberus.

40. Veit Dietrich an Jonas, Nürnberg, 21. Dez.
1548 (212).

Salutem in Domino! Hic nuntius, tuus, ut ait, aedituus olim, vir ornatissime et praeceptor observande, narravit te anxium statum nostrae ecclesiae, qualis sit, expectare. Etsi autem de hoc ipso argumento ad te scripsi per D. Zigleri⁴ nuntium ac sperem litteras tibi redditas, tamen iudicavi officii mei esse de eadem re nunc quoque scribendum esse. D. Osiander petiit a senatu missionem eamque impetravit⁵. Offendit eum mutatio in illis, quae per se sunt indifferentia, et motus est quoque periculo, quod aliorum exempla minantur. Caeterum nihil adhuc institutum est, quod me offendat, quamquam optarim vetere loco esse omnia. Terremur autem sermonibus hac conditione aequabili nos non diu fruituros. Dominus defendat ecclesias suas! Vale-tudo mea valde est afflicta itaque plura dictare nunc non possum⁶. Bene vale in Domino. Datae Noribergae 21. Decembris 1548. Vitus tuus.

1) Über das von Fürst Georg von Anhalt auf Befehl des Herzogs Moritz verfasste Gebet für den Kaiser vgl. A. Fraustadt, Die Einführung der Reformation im Hochstifte Merseburg, Leipzig 1843, S. 194 ff., F. Westphal, Fürst Georg der Gottselige zu Anhalt, Dessau 1907, S. 150 ff., derselbe, Zur Erinnerung an Fürst Georg den Gottseligen zu Anhalt, Leipzig 1907, S. 59 ff.

2) Von Solcher Sündenmacher ... bis hierher durchgestrichen. A. R. An non haec quoque omittenda? Darunter: omnino.

3) Verschollen.

4) Bernh. Ziegler (Enders VII, 135).

5) W. Möller, Andreas Osiander, Elberfeld 1870, S. 301, Beiträge zur bayerischen Kirchengeschichte V, 286.

6) Dietrich † 25. März 1549.

41. Hier. Weller an Nikolaus v. Amsdorf, Freiberg,
31. Jan. 1550 (264)¹.

Gratiam et pacem in Christo! Gaudeo me tandem, venerande vir, fidum tabellarium nactum esse, cui meas ad te literas tuto committere possim, quibus in hac moestitia temporum et publico ecclesiarum luctu consilium et consolationem abs te peterem. Nam defuncto venerando viro Domino sanctae memoriae D. Martino Luthero neminem novi, quem potius in hac gravissima controversia de rebus adiaphoris quam te consulam. Quippe qui sciam, quanti carissimus meus Praeceptor D. Lutherus Amsdorffium fecerit, et quid de eodem iudicaverit, quod pudore prohibeor exponere, ne assentari videar. Nos hic inter Scyllam et Charybdim navigamus et graviter angimur. Nam si haec adiaphora acceperimus, timemus scandalum. Sin minus, timemus aliud maius fortasse periculum. Cupimus quidem ex animo recta, pia et salutaria adferre ecclesiis nostris consilia, sed implicamur multis impedimentis. collegi ergo argumenta utriusque partis, nondum autem plane constituere hactenus potui, utrum hortator sim pastoribus, qui consilium meum expetunt, ut ecclesias suas prius deserant quam hos ritus ecclesiasticos amplectantur. video enim utrinque fortia argumenta afferri posse. Quo fit, ut ambigentes conscientias eo difficilius sit erudire et tranquillitas reddere. Quaero igitur, quid nobis hic in his dissidiis ac distractionibus voluntatum faciendum sit, rectene ac pie videantur facere, qui ecclesias propter adiaphora deserunt, an potius nos nostras quo [zu lesen: nostrasque] ecclesias coniciamus in periculum quam vel minimam mutationem recipiamus vel approbemus. Sed haec coram copiosius exponet D. Joannes Lindener² conterraneus meus, qui et ipse propter confessionem veritatis et *παρρησιαν* exulare cogitur, vir pius et doctus. Hunc humanitati tuae diligenter commendo et oro, ut eum quocumque officii genere poteris invare velis. Equidem magnam de eo spem concepi speroque illum, ubi aliud munus ecclesiasticum nactus fuerit, copiosum fructum ecclesiae

1) Vgl. hierzu aus einem Briefe des Hieronymus Weller an Joh. Forster in Wittenberg, Freiberg, 29. Oktober 1549 (Original im Zerbster Archiv): „Credo te quoque illa controuersia de *ἀδιαφόροις* mota varie affici. Certe multos pios doctores Ecclesię vbique torquet. Libellus iste Amsdorffij multos perturbauit. Nam aliorum scripta contra nouam illam nostram Reformationem Ecclesiarum non ita magnam perniciem Ecclesijs afferre videntur. Non enim habent illos neruos, quos habet Amsdorffius. Huc accedit illius summa auctoritas. Nosti enim, quantopere R. noster P. D. Lutherus illum semper fecerit. Quare nihil miror non modo rudiores, sed quosdam etiam doctiores his dissidijs doctissimorum virorum, qui lumina Ecclesię hoc nostro seculo dicti sunt, vehementer perturbari . . .“

2) Kawerau II, 299¹ (wo Öderan zu lesen sein wird).

Christi allaturum esse. Nolo pluribus illum tibi commendare, praesertim cum non dubitem te tua sponte omnia, quae poteris, facturum esse. Bene ac feliciter in Christo vale, humanissime D. Nicolae. Dominus te ecclesiae suae diu servet incolumem in his periculosissimis temporibus. Amen. Freyburgi 1550. 31. Januarij.

Hieronymus Wellerus

S. T. D.

42. Graf Georg Ernst von Henneberg¹ an Melanchthon, Schleusingen, 12. Oktober 1553 (70).

Unsern Grufs zuvor! Ehrwürdiger und hochgelahrter lieber besonder, ihr wisset euch zu erinnern, was wir hiebevorn mit euch eines Superintendenten halben unterredet, nemlich dafs wir eines gelahrten, frommen Manns sehr notdürftig². Nun haben wir gleichwohl auf diesen heutigen Tag noch keinen in unsere Herrschaft bringen mögen, dann ob wir wohl mit M. Anthonio Corvino seeligern so viel gehandelt, auch endlich mit ihm übereinkommen, dafs er sich darzu wollte gebrauchen lassen, so hat ihn doch der Allmächtig Gott vor dem Anzug von diesem Jammerthal zu sich gefordert³. Derhalben wir gleichwohl allerley Nachfragens nach andern gehabt, und wird uns einer mit Nahmen Licentiat Conradus Muselius, itziger zeit Pfarrh. zu Pegau⁴, von ettlichen vorgeschlagen. Weil wir ihn nun nicht kennen und keinen zweiffel tragen, er werde Euch bekannt sein, so begehren wir an Euch gnädiglich, Ihr wollet uns seine Gelegenheit, so viel euch bewust, hier mit diesem Bothen verständigen, auch einen Rath mittheilen, so wollen wir ferner darauff handeln. Hierin wollet Euch, wie wir ohne defs das Vertrauen zu Euch tragen, weil es die Ehre Gottes anlangt, gutwillig erzeigen. Des sind wir umb Euch hinwieder in Gnaden zu beschulden geneigt. Datum Schleusingen den 12. Oktober anno 1553.

An Melanchthon in Wittenberg.

43. Melanchthon an Graf Georg Ernst zu Henneberg, Wittenberg, 21. Oktober 1553 (70^b).

Gottes Gnad durch seinen Einigebohrnen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer zuvor! Durchlauchter

1) ADB. 8, 671—673.

2) Der Superintendent Barthol. Wolfhart war 1552 abgesetzt worden, der Graf wandte sich wegen eines neuen Landessuperintendenten zunächst an Fürst Georg von Anhalt (W. Germann, Joh. Forster [1894], S. 53 f.).

3) Vgl. P. Tschackert, Briefwechsel des Antonius Corvinus, Hannover und Leipzig 1900, S. 289 ff.

4) Kreyfsig, Album, S. 485. Die Matrikel der Universität Leipzig II, 33.

Hochgeborner gnädiger Fürst und Herr! E. f. G. betrachten ohne Zweifel mit Schmetzen dieses vergangnen Sommers Unruhe, darin so viel hoher fürstl. Personen und andere Löbl. Grafen und Edlen, die noch hatten nützlich zu Schutz der Christenheit dienen mögen, aus diesem Leben weggenommen sind. Dazu sind auch nützliche Personen aus der Kirchen Regierung gestorben, die Ehrwürdigen Herren Aepinus zu Hamburg¹, Corvinus zu Hannover, Nicolaus Buscoducensis in Friefsland² und neulich uff den VI. Tag Octobris der durchlaucht hochgeboren Fürst und Herr, Herr Georg Fürst zu Anhalt etc., der wahrlich ein Christl. Lehrer und treuer Regent im Vatterland gewesen ist. Der Sohn Gottes Jesus Christus, der tüchtige Personen giebet, wie geschrieben stehet³, er giebt Gaben, Propheten, Apostel, Hirten und Lehrer, wolle gnädiglich herrschen und selige Regiement erhalten! Von Licentiaten Meuselio, Pastorn zu Pega, wie wohl ich die Person kenne und bei der Ordination⁴ gewesen bin, kan ich doch nicht schreiben, ob er zum Superintendentur zu gebrauchen sey. Doch dieweil ich weiß, dafs er andern fürgezogen ist, da man die Pfarr zu Pega hat bestellen sollen, acht ich, er sey wohl zu gebrauchen. Man mag sich aber besser erkunden bey dem Herrn Dr. Pfeffinger Pastorn zu Leipzig. Es ist ein wohlgelehrter vernünftiger sittiger Mann Paulus Ursinus Prediger zu Hertzberg⁵, den ich zu solchem Ampt tüchtig acht. Doch stehet bey E. f. G., sich von beiden weiter zu erkunden. E. f. G. sende ich ein Theil der Bücher defs Ehrwürdigen Herrn Doctors Martini Lutheri, darinn die Vorrede an E. f. G. Herrn Vatter⁶ und an E. f. G. gestellet ist. Dabey sende ich auch E. f. G. ein Chroniken, die neulich alhie wiederumb ausgegangen ist⁷. Der Allmächtig Gott, Vatter unsers Heilandes Jesu Christi, wolle E. f. G. Herrn Vatter und E. f. G. allezeit gnädiglich bewahren und regieren.

E. f. G.

unterthäniger Diener

Philippus Melanchthon.

1) Vgl. ADB. I, 129f. RE³ I, 228—231.

2) Aus Herzogenbusch, 1548 Superintendent in Wesel, seit 1548 in Bremen, gest. zu Blankenburg i. H. (vgl. meinen Joh. Pupper v. Goch, Leipzig 1896, S. 276 ff.).

3) Eph. 4, 8. 11.

4) Fehlt bei Buchwald, O. B.

5) Seit 1549: Buchwald, O. B. I, Nr. 1047.

6) Graf Wilhelm VI.

7) Gemeint ist wohl die „Chronologia ab orbe condito“ des Königsberger Hofpredigers Joh. Funck, von der Melanchthon auch am 28. Oktober 1553 schreibt (Flemming, Beiträge, S. 47f.).

44. Georg Major an Jonas, Wittenberg, 1. März
1554 (204).

Reverende vir, pater et praeceptor observande. Bibliopolae nostri Bartholomaeus Vogel, Conradus Ruel, gener Mauricii Goltz, et Christophorus Schram¹ dicunt sibi renunciatum Tuam Excellentiam iam bonam partem latinae enarrationis in Genesin reverendi patris et Praeceptoris nostri Dn. Doctoris Martini Lutheri vertisse in linguam Germanicam. rogarunt igitur me, ut ipsorum nomine tuae Excellentiae scriberem teque obtestarer, ut eam versionem ipsis excudendam dare velis, simul etiam mihi significes, quid pro versionis labore tibi numerandum sit; pollicentur enim sese erga tuam excellentiam fore gratos. Praeterea scripsi ante annum tuae Excellentiae et rogavi, ut mihi index omnium librorum D. M. Luth., qui per te vel in linguam Germanicam vel in latinam versi sunt, mitteretur. eius indicis ut mihi copiam facias, iterum te oro atque obsecro. Puto enim tibi honorificum nomen tuum et labores tuos versionis utiles ad omnem posteritatem cum libris Lutheri conservari. Bene vale, reverende pater et praeceptor. Wittenberga Calendis Martij 1554.

T. Excell. additissimus
Georgius Major.

Anhangsweise sei hier noch ein interessanter Brief von Georg Major mitgeteilt, der nebst vielen anderen Originalbriefen aus der Reformationszeit bei der Versteigerung, die am 19. und 20. Februar 1907 durch das Buchantiquariat C. G. Börner in Leipzig abgehalten wurde, zutage kam².

45. Georg Major an Hieronymus Baumgärtner,
Wittenberg, 17. April 1529.

En tandem, Doctiss. Hieronyme, Lutheri in Turcas expeditionem³, quae vt prudentissime scripta est, ita non multum gratiae

1) Über die Wittenberger Buchhändler Goltz, Vogel und Schramm vgl. Seidemann, Zeitschrift f. d. histor. Theol. 1860, S. 507, Anm. 46 und Seidemann-de Wette VI, 508⁵.

2) Vgl. den prächtigen, viele Faksimilereproduktionen enthaltenden Katalog: Auktion LXXXVII, Autographen. An Lutherbriefen wurde verauktioniert: Enders II, Nr. 357 (eine auszugezeichnete Faksimilereproduktion dieses Briefes eröffnet den Katalog), V, Nr. 981, VII, Nr. 1473; an Melanchthonbriefen: CR. I, Nr. 592 (= Kawerau I, Nr. 131), IV, Nr. 2585, V, Nr. 3240, VIII, Nr. 5952.

3) Vom Krieg wider die Türken: Köstlin-Kawerau II, 116f. S. 637, Anm. 2 zu S. 116 wird eine Stelle aus einem abschriftlich erhaltenen Briefe Majors an Baumgärtner vom 3. Februar zitiert. W. A. XXXI, S. 96 und 101.

videtur habitura apud principes nostros. Huius libelli et aliorum editionem impedivit hactenus Lutheri paulo grauior valetudo. Nam ex frequentibus concionibus tantum morbi sibi conciliauerat Lutherus, vt destillante ex capite catarro vox pene ei intercluderetur, et aliquamdiu ipse lutherus de recuperanda voce desperauerat¹. Sed nunc dei benignitate reconualescere cepit. Carolostadium non ignoras a principe nostro sacramento superioribus annis post pacatam seditionem obstrictum, ne oppido Kemberga sine principis iussu excederet. Is violato iureiurando clam hinc in regionem Holstadianorum profugit in oppidum Cleswick². Et quia Pomeranus noster parochus non longe ab hoc oppido apud Hamburgenses Euangelium docet, Instituta est a rege Danorum disputatio et accersitus Pomeranus, vt aduersus Carolostadium et pellificem nescio quem³ publice disputet. Capita disputationis sunt de Eucharistia et Baptismo⁴. Lutherus et nostri mallent Pomeranum non persuasum a rege. Apparet autem, quid machinetur Carolostadius. Quare breui futurum puto, vt ille dignum factis suis exitum consequatur. Postremo commendo me meosque omnes tuae fidei et humanitati, humanissime et Doctissime Hieronymy. Bene Vale. Vuittembergae 17 Aprilis 1529.

T. Georg. Maior.

Hic adolescens, qui has offert, alitur quoque ex Senatus nostri liberalitate publico stipendio, et recte et diligenter hactenus didicit literas. Estque rursus ad nos breui reuersurus etc.

Clarissimo ac Doctissimo Viro D. Hieronymo Baumgartner domino ac Patrono suo.

Dem Originale ist ein kleiner gelber Zettel aufgeklebt: „Ex collectione. Senatoris Dr^{is} Gwinner Francofurti ad Moen.“

1) Luther war damals an einem influenzaartigen Katarrh erkrankt: Köstlin-Kawerau II, 176.

2) Schleswig. Vgl. Barge, Andreas Bodenstein von Karlstadt II, Leipzig 1905, S. 376 ff. (Unser Brief bestätigt Barges Vermutung S. 393, Anm. 165, daß Karlstadt erst Februar 1529 aus Kursachsen geflohen ist.)

3) Melchior Hoffmann (RE^s VIII, 222—227).

4) Disputation zu Flensburg, 8. April 1529: Barge II, 396 f.